existere & agere: sed a, est huiusmodi, ergo &c. Vnde sequitur medium naturale rōnale & reale inter agens agibilia, & agere: & p consequens distinctio: alioquin agens ageret se ipsum. & sic de agibili & agere: & intellectus nō posset intelligere qđ est intelligibile. Et quia oīa ista sunt impossibilia p talē impossibilitatē inuenimus medium quod querimus. ¶ Octauus erit iste: ponatur q intellectus & voluntas sint idē per essentiam, idcirco arguo sic: in omni essentia in qua intellectus & voluntas sunt idē necessarium est q intelligibile & volibile sint idem, ac etiam intelligere & velle: sed in a, sunt idem, ergo &c. & sic inuenitur mediū qđ querimus.

De sex speciebus mediū supradicti.



**D**E syllogismo in quo oēs termini sunt substantiales. Prio sic, oīs ptās infinita & eterna pōt existere & agere infinite & eterne: sed a, ē hmōi ergo &c. Iste syllogismus ē necessarius eo q oēs ei⁹ termini sunt substantiales: & non multiplicant plures essentias: vnde sequitur inuentio mediū quod querimus.

¶ Secundus est iste. Nullus color est quantitas: rubedo est color: ergo rubedo non est q̄titas. Iste syllogismus nō est necessari⁹ eo q acc̄ns non est p se necessariū: sed p substātiā ideo non inuenit̄ p ipsum mediū naturale qđ q̄rim⁹: sed intentionale.

¶ Tertius est qñ pmissa sunt substātiales & mediū, accidē tale & hoc sic, oē musicū est hō: oē musicū est aīal: ergo qđ dā aīal est hō. Iste syllogism⁹ nō est necessarius eo q mediū nō participat cū extremis in natura substātialem & sic non inuenitur per ipsum medium substantiale.

¶ Quartus est qñ pmissa sunt accidētales & mediū substātialem: & hoc sic, nullus coruus est albus: quoddam nigrum est coruus: ergo quoddā nigrū non est albū. Iste syllogism⁹ non est necessarius eo q mediū est compositum ex substātia & accidente ratione participationis pmissarum.

**Q**uintus est qñ maior est substãtialis: & mediũ & minor accidẽtales & hoc sic. ois music⁹ est hõ: ois music⁹ est scjẽs: ergo qdã sciens est hõ. Iste syllogismus nõ est necessari⁹ eo q̃ subiectũ & p̃dicatũ p̃cipant per diuersas naturas.

**S**extus est qñ maior est accñtalis: & mediũ & minor substãtiales & hoc sic. qdã hõ est a. b⁹: ois hõ est aial: ergo quodam aial est albũ. Iste syllogismus nõ est demonstratiu⁹ eo q̃ subiectũ & p̃dicatum claudicant per prius & posterius.

De Venatione mediũ intentionalis.



**P**rimus syllogismus est talis. Bonitas est ens rõne cuius bonus agit bonũ: sed modo ponatur q̃ a. sit bonitas: ergo a. erit ratio quare bonus agit bonũ. Iste syllogismus est dialecticus siue probatiuus & ratio huius est quia eius mediũ est indeterminatum: qm̃ aliquis bonus agit bonũ de sua essentia sicut agens naturale quod agit bonũ de sua bonitate vt pater filium & granũ frumenti spicã: & alius bonus q̃ agit bonũ sed non de sua essentia sicut artifex qui facit bonam arcam deligno.

**S**ecũdus syllogism⁹ est talis. Magnitudo est bona & ideo arguo sic. ois magnitudo bona ẽ rõ magno q̃ agat magnũ bonum: sed a. est hmõ: ergo q̃ agit magnum bonũ. Iste syllogismus est dialecticus & p̃batiuus sed non necessari⁹. rõ hui⁹ est qa sola bonitas substãtialis ẽ rõ bono q̃ p̃ducatur bonũ: nõ bonitas accñtalis eo q̃ p̃accidens est: de qua bonitate magnitudo est habituata p̃accidens. Habitus vero non p̃ducit sed habituatur cũ habitu p̃ducit: sicut albedo q̃ nõ albificat: sed album albificat per albedinem.

**T**ertius syllogismus est sic: duratio per potestãtẽ potest existere & agere: potestas p̃durationẽ potest durare & idcirco arguo sic. ois duratio põt existere & agere p̃ potestãtẽ: sed a. est duratio: ergo a. potest existere & agere. Iste syllogismus non est demonstratiu⁹, eo q̃ cõpositus est ex substãtia & accñte: Ratio hui⁹ est in hoc q̃ duratio p̃ se nõ po

## RAEMVNDI LVIII

test existere & agere: neq; per cōsequens a. patet ergo q̄ iste syllogismus est dialecticus in quo consistit mediū intentionale.

¶ Quartus syllogismus ē sic: ponatur q̄ intellectus & voluntas non sint idē per essentiam q̄ potentia vera ē in creatis & tunc arguo sic. quicqd ē dilectum ē dilectum per voluntatem: & qcqd est intellectum ē intellectum per intellectum: sed a. est dilectum & intellectum: ergo a. est dilectum p voluntatem & ē intellectum per intellectum. Iste syllogismus est probatius sed non demonstratius neq; necessarius: & ratio huius ē: quia volūtas non est necessitata ad diligendum intellectum: Neq; intellectus ad intelligendum voluntatem. quoniam quælibet istarum potentialium est libera quo ad suam naturam & ad habendum suum propriū appetitum ad suum propriū finem hoc est ad suum propriū obiectum: sicut voluntas ad volēdum & intellectus ad intelligendum. Verumtamen si istę essentię essent vna essentia & non plures: voluntas esset necessitata ad intelligendum intellectum & intellectus ad intelligendum voluntatem: & sic syllogismus esset demonstratius.

¶ Prædictas sex species mediū nō oportet repetere ad venādum mediū intentionale quia de ipso iam certificati sumus in ipso capitulo per ea q̄ dicta sunt de venatione mediū existente inter subiectum & prædicatum. quia intellectus logicalis & naturalis est valde altus ad inveniendum media naturalia & intentionalia & differentias eorum & potest sibi cauere a fallaciis & sophismatibus.

**Finis cum gratia dei tractatus de Venatione mediū.**

CONVERSIO SVB. ET PRAE. FO. XII.

Deus cum tua altissima sapientia charitate & virtute incipit de Cōuersiōe subiecti & p̄dicati p̄ medium tractatus.



Quoniam opiniones crescūt quib⁹ intellectus ē offuscatur & multoties posit⁹ in errore & demonstratiōes in disputatiōib⁹, & libris rarissime seminant̄ propter quā sciētia quasi perit: idcirco intendim⁹ doctrinā tradere in hoc libro qua poterim⁹

demonstrationibus habituari: & per consequens vera videbitur scientia: & opiniones cessabunt.

Subiectum istius libri est medium per quā inuestigamus conuersionem praedicati & subiecti.

Ille liber diuiditur in decem distinctiōes quae sunt haec: ordinatio deus, angelus, coelū, hō, imaginatiua, sensitiua, vegetatiua, elementatiua, & instrumentatiua. Ratio quare diuidimus in decem distinctiōes ē: quia intellectus est discursiuus quatuor modis. scilicet p̄ praedicationē: p̄ cōuersionē: p̄ opinionem: & p̄ demonstratiōem. & ideo ista quatuor discurrem⁹ p̄ istas decem distinctiōes.

De prima distinctiōe.

Distinctiō ista ē ordinatio & p̄ambulū aliarū distinctiōnū: vt p̄ ipsam pateat maioritates. ē autē vnum mediū oīno ḡniale quod ē origo oīm mediōrum existentium inter subiectum & p̄dicatū: vt puta quā termin⁹ oīno vllis trahit ad terminū nō oīno p̄ticularem vt puta quā bonitas oīno ḡnalis cōtrahit ad magnitudinē: & dicitur bonitas magna quā bonitas magna nō ē oīno ḡnalis nec oīno p̄ticularis: Sed quā cōtrahit & dicitur bonitas Petri est magna tūc est oīno sp̄ialis & ideo bonitas magna ē mediū exis inter oīno ḡnale & oīno p̄ticulare. Tale mediū requirit tres species quā cōuertit p̄ ipsum s̄b̄m & p̄dicatū. scilicet Mediū mēsuratiōis: mediū cōiunctiōnis & mediū extremitatū. Mediū mēsuratiōis est quā existit equaliter inter extremitates: vt puta intelligere naturale quod existit equaliter inter intelligentem & intelligibile. A tali medio oritur relatio & cōuersio inter s̄b̄m & praedicatum

Mediū cōiunctionis est causa quare extremitates cōnectū-  
 tur & sequit̄ vnio. Mediū extrematū est respectu cōtinui  
 subiecti sicut linea inter duo puncta. Prædicatiōes aut̄ mul-  
 tæ sunt & diuersæ: vt puta bonitas est magnitudo & magni-  
 tudo est bonitas. Alia aut̄ species prædicatiōis est q̄n̄ subiectū  
 & prædicatū nō cōuertit̄: vt puta q̄n̄ dī, oīs hō ē aīal & nō cō-  
 uertit̄. Per primā prædicatiōē cognoscit̄ mediū a quo orit̄  
 syllogism⁹ demonstratiu⁹. Per scđam orit̄ syllogism⁹ opina-  
 tiuus. Et etiā opinio orit̄ ab ista prædicatiōe: bonitas est ma-  
 gna: magnitudo est bona: eo q̄ mediū est accidens copula-  
 tiuū & impedit q̄ subiectum & prædicatum conuertantur.  
 ¶ Discēdū ē q̄ q̄n̄ itellec⁹ ē discursu⁹, quia recurrit ad suā  
 naturā & modū itelligēdi venādo mediū inter subiectū &  
 prædicatū: Et si inuenit mediū substātiale inter subiectū &  
 prædicatū cognoscit̄ q̄ ex tali medio fiat demonstratio: & sic  
 non fiet syllogismus opinatiuus.

¶ Vteri⁹ si itellec⁹ discurrat p̄ opinionones & itellecū phō-  
 rū & nō recurrat ad suā naturā & modū itelligēdi tunc est  
 creditiu⁹ siue opiatiu⁹ & de cōtigētia hītuat⁹. Si nō recur-  
 rat ad suū itelligere naturale & ad ea q̄ dixerit alii: & habet  
 notitiā nature mediū inter subiectū & prædicatū tūc ē asserti-  
 uus: & ista regula ē infallibilis: & per ipsam intellectus fu-  
 gat sophisticatiōes & corā ipō itellec⁹ logic⁹ stare nō pōt.  
 ¶ Syllogismus demonstratiuus requirit principia vera &  
 necessaria: & primitiua quæ requirimus cum conuersio-  
 ne subiectōrū cum prædicatis: & cum medio inter ista: &  
 alios syllogismos in quibus termini non sunt conuertibi-  
 les appellabimus opinatiuos.

De Secunda Distinctione quæ est de Deo.

**D**istinctio ista in quinque prædicaciones est diuisa.  
 Et primo de prima. Suppono q̄ deus sit bonitas  
 intelligentissima: voluntas volētissima: virt⁹ vir-  
 tuosissima: veritas verissima: & gloria gloriosissima: & per



## De CONVERSIO.SVB.ET PRAE. FO.XXIII.

fectio p̄fectissima: simplicitas simplicissima: & infinitas infinitissima. Et si p̄dicatio falsa est necessario sequit̄ q̄ intellectu human⁹ habeat altiore[m] virtutem in obiectado deū & eius rationes q̄ deus & eius rationes sint: q̄d est impossibile: quia nō esset tantus ab ipsa prima causa cū esset sup̄ obiectatiue. Et igit̄ p̄dicatio prima vera & necessaria eo q̄ ex primitiuis primis veris & necessariis est constituta. Et ideo arguo sic. Quicquid est de⁹ ē bonitas optima: sed magnitudo maxima est deus: ergo magnitudo maxima ē bonitas optima. Iste syllogismus est demonstratiuus eo q̄ ex principiis primis veris & necessariis. Et sicut est exemplificatum de bonitate & magnitudine faciendo demonstrationem: sic potest exemplificari in aliis rationibus: sed dimittimus gratia breuitatis.

¶ Probatum est q̄ optimitas & maximitas cōuerti nō pōt sine medio q̄d sit purus actus. s. optimare maximare cum quibus rationes sunt in suplatiuo gradu existentes hñtes naturam ab omni ocyositate plongatā: tale aut̄ mediū nō potest esse sine extremitatibus (vt ita loquar) cū sit pur⁹ act⁹: quas extremitates vocamus maximans & maximatū. Mediū aut̄ conjunctionis cōiungit q̄ optimans maximans gignit vnū suppositū optimatū: & maximatū aliud suppositū: & sic orit̄ relatio & p̄ cōsequēs distinctio triū suppositorum. Mediū autem extremitatum (vt ita loquar) ponit q̄ oia tria supposita diuina in suo numero remanētia sint vna essentia indiuisa. Vnde cum ita sit: ostēsum est per quē modum intellect⁹ humanus de diuina trinitate potest habere notitiam.

¶ Secunda p̄dicatio est ista: Deus est infinitas infinitissima infinitas infinitissima ē de⁹. In ista p̄dicatiōe termini sunt conuertibiles & cōequati & simpliciter. Et ideo arguit̄ sic. Oē ens infinitū est de⁹: trinitas est ens infinitū: ergo trinitas ē deus. Iste syllogismus ē demonstratiuus eo q̄ est ex primis

veris & necessariis. Et quia eternitas & infinitas conuertitur cum deo opmitate & maximitate: necessario sequitur quod in isto syllogismo sic existat medium sicut in primo & p consequens sit beatissima trinitas.

**C**Deus est bonus: bonus est deus: in ista pdicatione termini non sunt conuertibiles cum alia entia sint bona vt puta angelus ccelum &c. Et ideo ex talibus non fit syllogismus demonstratiuus quia deficit medium mensurationis.

**C**Deus est creator: creator e deus: Ex hoc arguitur sic. Ois infinitas infinitissima est creator: sed deus est infinitas nisi nitissima: ergo deus est creator. In isto syllogismo est sic medium sicut in primo & secundo vt patet p hoc quia in creatione necessarium est dare creans creabile & creare: quonia creare non coæquat trinitatem & creatum nec mediū coniunctionis coniungit ipsos in essentia: & sic de medio extrematum.

**C**Deus est causa optima: causa optima est deus: Et ideo arguo sic. Omnè id quod est, causa optima est causa maxima sed deus est causa optima: ergo est causa maxima: deus autem nō potest esse causa maxima sine effectu maximo quē vocamus Christum cum relatiue se habeāt. mediū autē cōuersiuum non potest conuertere causam & effectum: & sic de medio extrematum naturaliter loquendo.

**C**Declarauim⁹ venationē conuersiōis subiecti & pdicati in deo: p cōsequēs medium & p talē pdicationem cognoscitur quod istorum in altiori gradu existit. Et sicut diximus de istis: ita potest dici de aliis. Et talis doctrina valde est utilis ad cognoscendum deū quo ad eius operationes intrinsec & extrinsece & quo ad eius rationes reales.

De tertia distinctione quæ est de Angelo.



Angelus est spirit⁹ creat⁹ nō cōiunctus: spūs creatus nō coniunctus e angel⁹. Ista pdicatio nō e ita necessaria sicut illa in q pdicant⁹ rationes diuine de

De CONVERSIO.SVB ET PRAE. FO.XI.III.

ipso deo: eo q̄ spūs & creatū esse sunt superi⁹ & angel⁹ ē in  
ferius: vt patet p̄ cōtractionē primę disti. Et ideo arguo sic  
Ois angelus ē spūs creatus nō cōiunctus: Gabriel ē angel⁹  
ergo ē spūs creatus nō cōiunctus. Iste syllogismus ē verus  
& necessarius: sed nō ē primitiuus q̄ mediū mēsuratōnis  
nō coequat extrema neq̄ cōuertibilia facit: vt puta Ange  
lus & spūs &c. Mediū aut̄ cōiunctiuū coniūgit ip̄a p̄cipia  
Mediū extremitatū ponit q̄ oīa illa cōstituāt vnā essentiā  
angeli. Et ideo mediū qd̄ inquirimus æqualiter intrat istū  
syllogismū quod existit inter subiectum & p̄dicatum.  
¶ Angelus ē sua species: vna species ē angel⁹. Ista p̄dicatio  
nō cōuersam sic declaram⁹: vt mediū inter subiectū & p̄di  
catū possumus inuenire. Ois angelus ē vna species: Gabriel  
est angelus: ergo est sua species. In isto syllogismo est cōtra  
ctio speciei ad Gabrielē. Mediū mēsuratōnis nō conuertit  
terminos sed ratio est cōtractionis. Mediū cōiunctiuum  
coniūgit qd̄ ē superius cū inferiori. Mediū extremitatū po  
nit q̄ ista sint vna essentia idiuisa: & ideo per talē doctrinā  
cognoscit intellectus q̄ mediū intrat talē syllogismū secun  
dum qd̄ & non simpliciter inter subiectum & p̄dicatum.  
¶ Angelus est bonitas: bonitas est angelus. Ista p̄dicatio  
est falsa eo q̄ non est ibi bonitas contracta. Si enim angelus  
esset bonitas ipse æquiparetur deo in bonitate: & sic de  
aliis suis principiis. quod est impossibile: ratione cuius im  
possibilitatis mediū quæsitū intrare nō pōt inter subiectū  
& p̄dicatū p̄ædictum: quia nulla triū specierū intrare  
potest: vt patet p̄ istud argumentum qd̄ falsum & erroneū  
est. Ois bonitas ē angelus: Gabriel ē bonitas: ergo Gabriel  
est angelus. Per istud aut̄ argumētū falsum cognoscit̄ tāq̄  
ex cōtrario: quomodo intrat verū syllogismū & nō istud ar  
gumētum: & ostenditur mediū quod inquiritur  
¶ Angelus est bonus bonus est angel⁹: Ista p̄dicatio falsa ē:  
cū angelus sit inferius & bonus superius. Et arguo sic: Ois an

## RAEMVNDI LVIII

gelus est bonus: Gabriel est angelus: ergo est bonus. Et quia praedicatio est falsa sequitur falsum argumentum. Et sic cognoscitur quare medium in ipso intrare non potest ratione cuius impedimenti medium & species eius nobis reuelatur.

¶ Diabolus est malus: malus est diabolus. Ista praedicatio est falsa quia non conuertuntur subiectum & praedicatum: quia medium intrare non potest: & ut pateat arguo sic: omnis diabolus est malus: Lucifer est diabolus: ergo Lucifer est malus. Paralogismus est falsus: & quoniam medium mensurationis non potest conuertere malum reale & naturale bonum: cum diabolus sit bonus naturaliter: neque medium coniunctionis potest coniungere quod accidens & substantia sint idem essentialiter: & sic de medio extremitatum.

De quarta distinctione: quae est de Caelo.



¶ Caelum est corpus moueum omnia mobilia: corpus moueum omnia mobilia est caelum. Ista conuersio istorum praedicatorum est contracta. Et ideo arguo sic: omne caelum est corpus: octava sphaera est caelum ergo est corpus. Medium conuersiuum non conuertit corpus & caelum. Medium autem coniunctiuum contrahendo coniungit. Medium autem extremitatum coniungit in eadem essentia. Et sic apparet quod syllogismus non est simpliciter demonstratiuus: cum medium conuersiuum non possit conuertere caelum & corpus. ¶ Caelum est maximum corpus maximum corpus est caelum: Ideo arguo sic: quicquid est maximum corpus est caelum: octava sphaera est maximum corpus: ergo est caelum. De isto syllogismo potest sic dici sicut de primo eo quod sua principia non sunt coequalia.

¶ Caelum est substantia primo mota: substantia primo mota est caelum: quia principia non sunt coequalia, iste syllogismus est sicut duo praecedentes.

¶ Caelum est aeternum: aeternum est caelum. In ista praedicatione termini non coaquantur nec contrahuntur: quoniam quod est aeternum non est non aeternum: & ideo arguo sic:

CONVERSIO SVB. ET. PRAE. FO. XV.

Nullū coelū est eternū: octava sphaera est coelū: ergo octava sphaera non est aeterna. In isto syllogismo non intrat mediū cū suis speciebus qm̄ eternū est infinitū: & coelū est finitū: & talia non conuertuntur nec possunt esse eadem essentia: & ideo nō est ver<sup>9</sup> syllogismus: licet sit in forma syllogistica.

**C**oelū est ens incorruptibile: ens incorruptibile est coelū. In ista p̄dicatione termini nō coequant: q̄a sunt p̄cōtractiōnē: & ideo arguitur sic. omne coelū est incorruptibile: Saturnus ē coelū: ergo est incorruptibilis. In isto syllogismo nō intrat mediū conuersionis: med. ū aut cōiunctiōis & extremi tati sic, qm̄ mediū cōuersiuū in terminis cōtractis stare nō potest: cum sit extremis coequatum.

De quinta distinctione: quae est de homine.

**S**ubstantia rationalis sensata est hō: homo est substantia rationalis sensata. Ista cōuersio est cōtinuatiōis & ideo arguo sic: ois substantia rationalis sensata est homo: Petrus ē substantia rationalis sensata: ergo Petrus est hō. In isto syllogismo apparet quō mediū cōuersionis nō intrat: sed alia duo media bene: q̄a cōstituit q̄ Petr<sup>9</sup> & substantia sensata sint idē in essentia. Aīal ē substantia: substantia est aīal: hō est aīal: aīal est homo: Et ideo vt videat si dico verum an falsum: an verū & falsum arguo sic: omne aīal est substantia: ois hō est aīal: ergo ois homo est substantia animal vt subiectum in maiori est necessitatu: & hō vt subiectū in minori: & hoc apparet secūdū q̄ mediū intrat p̄ qd̄ mediū aliquo mō dico verū: & alio mō nō: distinguēdo inter mediū naturale demonstratiuū & opinatiuū. Nā vt aīal ē subiectū ē naturale: & vt p̄dicatū ī minori ē quodā mō de mōstratiuū & opinatiuū: & sic est substantia vt ē p̄dicatū ī maiori. Et ex hoc patet q̄ est differētia inter mediū naturale demonstratiuum & opinatiuum.

**E**t homo ē risibilis: risibile ē hō: sc̄dm̄ vocē ista cōuertūt, cū hō sit substantia & risibilitas sit pprietas nō cōuertunt secūdū rē: & ideo arguo sic. Ois homo ē risibilis: Petr<sup>9</sup> ē hō:

## RAEMVNDI LVLLI

ergo est risibilis. In isto syllogismo substancia cōtrahit ad proprietatē p accidēs: mediū aut cōuersionis nō cōuertit substātiā & accidēs: Mediū vero cōiūctiōis cōiūgit ipsa & sic ē mediū cōpositiuū & mediū extremitatū cōtinuantium.

**C**Substātia rationalis sensata alba est hō: hō ē substātia rōnalis sensata alba: ista p̄dicatio ē cōuersio ratione cōtractiōnis substātię & accidētis: & ideo arguo sic: oīs substātia rationalis sensata alba ē homo: Petrus est substantia rationalis sensata alba: ergo est homo. In ista p̄dicatione non intrat mediū cōuersiuū. Mediū aut cōiūctionis & extremitatū irrat: q̄a ē ibi copulatio & cōtinuatio: & ideo q̄n dī homo est albus: albū ē superius & homo ē inferi⁹. Si mediū cōuersionis intrasset essent termini cōæquati. Et in isto passu cognoscit & ex p̄dictis q̄ mediū cōuersiuū n̄ irrat nisi i suba dei vt patet in primo & secūdo syllogismo. ii. distinctionis.

**C**Homo currit: q̄dā currēs ē homo: p̄dicatio ista ē p̄ cōtractionē subz & accidētis: & ideo arguo sic: oīs homo currit Petrus ē hō: ergo Petr⁹ currit: & ideo q̄a mediū cōuersiōis nō irrat istū syllogismū eo q̄ nō cōuertit subam & accidēs & mediū cōiūctionis cōiūgit & mediū extremitatū cōtinuat nascit ista: Quidā hō currit: & ex hoc apparet q̄ q̄dā & aliquis & hmōi nō sunt de genere oīno vniuersalis: sed sunt oīno pricularia.

**C**De sexta disti. q̄ ē de imaginatiua.

**S**ubstātia subiectiue imaginata ē aīal: aīal subiectiue imaginatū ē suba: & ideo arguo sic: omnis substātia subiectiue imaginata ē aīal: hō est suba subiectiue imaginata: ergo homo est aīal. Mediū mēsuratiōnis nō pōt cōuerrere nisi terminos cōæquatos: nihil superius: nihil inferius: & sic non pōt cōuerti suba & aīal: cū sint sicut superius & inferius. Sed mediū cōiūctionis cōiūgit substātiā & animal: & mediū extremitatum ponit q̄ ista sint vna substātia indiuisa.

**C**Substātia subiectiue intrinsece ratiōnata imaginata ē hō: hō ē substātia subiectiue intrinsece ratiōnata imagina

CONVERSIO SVB ET PRAE. FO. XVI.

ta. Et ideo arguo sic: ois suba rationata & imaginata suba  
iective & intri in sece e homo: Petrus est hmōi: ergo e homo  
Mediū vero mensurationis nō intrat & sic nō pōt fieri con  
uersio: sed intrat mediū coniūctionis coniūgēdo terminos  
& mediū extremitatū cōtinuādo ipos: vt sit vna substātia  
cōstituta: nō aut̄ intendo dicere q̄ sit suba imaginata p̄ sen  
sum sed compositiue naturaliter vt totum ex partibus.

¶ Substātia subiectiue imaginata e leo: leo e suba imagina  
ta subiectiue: i ista p̄dicatōe subiectū & p̄dicatū nō couer  
tunt: & ideo arguo sic: ois suba subiectiue imaginata e leo:  
marzot<sup>9</sup> e hmōi: ergo e leo. Istud argumētū e falsum & er  
roneū: q̄a non intrat ibi medium naturale nec species eius.

¶ Nulla substātia sine imaginatione est animal: lapis e sub  
stātia sine imaginatiōe: ergo nō est animal. In isto syllogis  
mo non intrat medium naturale nec eius species.

¶ Nulla suba sine actione & passiōe imaginatiōis e intrin  
sece imaginata: hō e suba intrinsece imaginata: ergo non e  
imaginata per actionē & passiōē imaginatiōis: medium  
aut̄ nō pōt cōuertere actionē & passiōē cū actio sit superi<sup>9</sup>  
ratione formæ: & passiō inferius ratione materie: verūtam̄ e  
mediū cōiūctionis ponit q̄ cōiungant p̄ subam: & mediū  
extremitatum ponit cōtinuationē eorum. Vt imaginatio  
in subiecto in quo est agens & patiens.

De septima distinctione qua est de sensitua.

**S**T aut̄ sensitua suba: suba e sensitua: termini nō  
cōuertūt: q̄a suba superi<sup>9</sup> e: & ideo arguit sic: ois  
suba sensata est actionata & passiōata: hō est suba  
sensata: ergo e actionat<sup>9</sup> & passiōat<sup>9</sup>. In isto syllogismo me  
diū mēsuratiōis nō pōt coequare actionē & passiōē i vir  
tute: mediū vero cōiūctionis componit coniūctionē reman  
nēte relatione: mediū aut̄ extremitatū facit ipsa continua.  
¶ Substātia sensata e quāta. quāti e suba sensata: & ideo ar  
guo sic: ois substātia sensata e quāta: homo e suba sensata:

ergo est quantus. Mediū mensuratiōis nō intrat, q̄a substātia est in plus q̄ homo. Sed mediū cōiūctiōis cōiūgit partes substāciales & etiā istas cum quāritate: & mediū extremitatū cōtinuat corp⁹ qđ est ex substātia & accidente.

¶ Substātia sensata ē qualis: quale est substātia sensata & iō arguo sic. oīs substātia sensata est qualis: asinus est hmōi ergo est qualis. Mediū mēsuratiōis nō intrat: in plus em̄ est substātia q̄ asinus: Sed mediū coniūctiōis componit substāciales terminos ad se iuicem & cū qualitate sed mediū extremitatum continuat corpus quale & qualitates.

¶ Substātia sensata est relata: relatum ē substātia sensata & ideo arguit sic. oīs substātia sensata est relata: capra ē substātia sensata: ergo est relata. mediū vero mensuratiōis non pōt conuertere ea que sunt relata vt puta actio passio quia si sic annihilaret mediū cōiūctiōis q̄a nō haberet quid cōiungeret & p̄consequens mediū extremitatū cū non posset continuare aliquid in ipsis.

¶ Sensitiua est in sensibilibus particularibus radicata radicatū in particularib⁹ sensibilibus est sensitiua: & arguo sic. oē radicatū in particularib⁹ sensibilib⁹ rāq̄ sibi substāiale est cā sensibilii: sensitiua est hmōi: ergo est cā sensibilii. mediū mēsuratiōis nō intrat q̄a si sic destrueret differētia sensibilii particulariū & obiectoꝝ eoꝝ qđ est impossibile. mediū cōiūctiōis copulat oīa ex qb⁹ mediū extremitatū continuat vnū secti cōmunem De octaua dist. q̄ est de vegetatiua.



¶ Vegetatiua ē substātia trāsmutata, substātia trāsmutatiua est vegetatiua: & ideo arguo sic. oīs vegetatiua est trāsmutatiua vnū substantię in aliā potentia augmētatiua est vegetatiua: ergo est trāsmutatiua vnū substantię in alterā. Mediū mēsuratiōis non cōequat partes trāsmutabiles: verūtñ pōt dici q̄ ponit p̄portiones. Mediū vero cōiūctiōis coniūgit illa que veniūt de potētia in actū per viā generationis: & mediū extremitatū ipsa continuat vt substātia genita sit continua.



**¶** Vegetatiua est potētia digestiua potētia digestiua est ve  
getatiua & ideo arguo sic. oīs potētia vegetatiua est trāsa  
mutatiua: digestiua est hmōi: ergo est transmutatiua. Me  
dium cōnectans intrat sed pportionat qm̄ qd̄ est in poteu  
tia sine pportione nō vadit ad actū sed mediū cōiunctiōis  
cōiūgit ynibilia & etiā medium extremitatū ip̄a cōtinuat.

**¶** Vegetatiua est retentiua potētia: potētia retentiua est  
vegetatiua. vñ arguo sic. Oīs potētia vegetatiua est reten  
tiua: expulsiua est potētia vegetatiua: ergo expulsiua est  
potētia retentatiua. Istud argumentum est falsum eo q̄  
attribuit mediū mēsuratiōis q̄ cōnectat q̄ non pnt con  
necti & priuat substantiū cōiunctiōis & p cōsequēs sub  
stantiū continuationis.

**¶** Vegetatiua est expulsiua potētia: expulsiua potētia est  
vegetatiua. ex hoc arguo sic. oīs potētia expulsiua est mori  
ua. &c. In isto argumēto non intrat mediū mēsuratiōis ni  
si pportionando sed mediū cōiunctiōis cōponēdo & mediū  
extremitatū cōtinuando. **¶** Potētia vegetatiua ē nutritiua  
ergo est vegetatiua mediū cōuersiōis non intrat nisi p p  
portionem sed mediū cōiunctiōis cōiūgit ip̄a tanq̄ sup̄  
& inferius & mediū extremitatū ip̄a in vnum cōtinuat.

De nona distinctiōe q̄ est de Elementatiua.

**¶** Elementatiua ē potētia p quā elemēta intrāt mixtio  
nē: potētia p quā elemēta intrant mixtionē est ele  
mentatiua & ideo arguo sic. oīs elementatiua est  
cōpositiua elemētatorū: sed in ista rosa ē elemētatiua: ergo  
est ibi cōpositiua elemētatorū. In isto syllogismo nō intrat  
medium cōuersiōis eo q̄ nō cōuertit principiā syllogismi  
sed disponit ea vt mediū cōiunctiōis cōponat: istud mediū  
disponit: mediū extremitatū cōtinuat in rosa. Potētia ele  
mentatiua est p quā elemētata cū accidētib⁹ cōponūt: id p  
qd̄ elemētata cum suis accidētib⁹ componunt est elemen  
tatiua & ideo arguo sic. Omnis elemētatiua componit ele

## RAEMVNDI LVIII

mentata cum suis accidentibus sed in rosa est elementatiua: ergo est ibi cōpositiua elemētatoꝝ & accidētū eoꝝ. Medium autem conuersionis nō intrat istum syllogismū sed disponit terminos vt medium coniunctionis coniungat & istud disponit vt medium extremitatum continuet.

**E**lementatiua est potentia quæ componit elementata id quod componit elemētata est potentia elemētatiua: & arguo sic, omnis potentia cōpositiua elementatorum est elementatiua: sed quædam potentia quæ est in lapide est cōpositiua elementati: ergo illa potentia lapidis est elementatiua. In isto argumento non intrat mediū cōuersionis nisi disponendo terminos vt p̄ medium coniunctionis componatur & medium coniūctionis disponit & per medium extremitatum continuantur.

**E**lementatiua est instrumentum in quo natura causat puncta, lineas, angulos: & figuras & motum & etiam appetitum & instinctum in subiecto in quo est: id quod est instrumentum est quo natura causat puncta, lineas & prædicta cuiusmodi est elementatiua. Et arguo sic, ois elementatiua causat puncta lineas & figuras motum appetitum & instinctū: sed in rosa est potentia quæ causat ista: cuiusmodi est prædicta: ergo est in ea elementatiua. In primo argumento nō est medium conuersionis nisi disponendo ipsi medio cōiunctionis vt terminos ipsius argumenti componat: & mediū istud disponit vt medium extremitatum principia syllogismi.

**E**lementatiua est potentia per quam elemētatum est plenum: & ab oī vacuitate & ocysitate remotū. Et hoc ē elemētatiua. Et arguo sic, omnis potentia elemētatiua est id quod elemētatum est plenum & ab ipso remouet vacuū & ocysitas: sed in lapide est potentia per quam ipse plenus est & remotus a vacuo & ocyo: ergo in lapide est potentia elemētatiua. In isto argumento non ē medium cōuersionis nisi dispo

## CONVERSIO SVB. ET PRAE. FO. XVIII.

nendo terminos argumenti vt p̄ medium cōiunctionis cōponatur. & istud mediū cōiunctiōis disponit vt per mediū extremitatum continuetur.

De decima dist. quæ est de subiecto artificiato.

**A**rtificiū est actus aīæ quæ p̄ ipsum agit in artibus liberalib⁹ & mechanicis. De medio aut̄ artificiali siue factō ab anima non intendimus concludere in hoc libro sed de medio naturali: vt exemplificauimus in octo dist. supradictis. Medium autem reale naturale est illud a quo aīa accipit medium intentionale & ideo per id quod dictum est de tali medio potest artista acquirere sciētias & agere de medio int̄ionali & breuiter de hoc exemplum dabimus. Logicus facit istū syllogismum. Omnis canis est latrabilis: coeleste sydus est canis: ergo latrabile. Per medium naturale cognoscitur istud sophisma eo q̄ media sunt cōtraria: qm̄ mediū mēsuratiōis nō coequat: neq̄ mediū cōiunctiōis cōponit: neq̄ mediū extremitatū cōtinuat.

¶ In scientia iuris potest fieri iste syllogismus: omnis iustitia est essentia iuris: reddere vnicuiq̄ qd̄ suum est iustitia: ergo est essentia iuris. In isto syllogismo termini nō coequantur quia medium mensurationis non intrat in ipsum: sed medium coniunctionis copular: & extremitatū cōtinuat: & sic verus est syllogismus per scientiam iuris.

¶ Moralit̄ facit istum syllogismum: omnis prudentia ē virtus: eligere bonum & euitare malum est prudentia: ergo ē virtus. In isto syllogismo nō intrat mediū mēsuratiōis eo q̄ non potest terminos coequare: sed medium coniunctionis coniungit ipsos: & medium extremitatum continuat.

¶ Omnis auaritia est peccatum: sed retinere danda est auaritia: ergo est peccatum. Ita autem est de medio isti⁹ sicut de medio predictorum.

## RAEMVNDI LVLLI

¶ **O**mnis cura fit per cōtrarium: sed remouere febrem est cura: ergo fit per cōtrarium. Medium mensurationis nō cōæquat terminos: sed medium coniunctionis coniungit & medium extremitatum continuat ipsos.

¶ **S**icut autem diximus de medio intentionali in prædictis scientiis sic potest dici in aliis suo modo. Et quia anima iuuat se medio reali ad cognoscendum intentionale: ideo ista scientia valde est utilis & generalis ad alias scientias.

¶ **A**d laudem & honorē domini nostri Iesu Christi & beatissimæ Mariæ semper virginis matris eius finiuit Raymū dus istum librum Parrisi anno, MCCC. X. incarnationis domini nostri Iesu Christi, Mense Iulio.

Impressit autem Ascensius tertio nonas Aprilis.

M. D. XVIII.